



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui infantes suos ideo à baptismo suscipiunt, vt separentur à  
coniurgibus. xxiii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiae contumeliam fecerit? Igitur Theodorus iudicauit eum qui incestum fecerit XII. annos pœnitentia debere: alij XV. alij X. alij septem. Sed nos priscorum patrum vestigia sequentes, his solis spatium pœnitentia tem peremus, qui deuotè, & cum lachrymis pœnitentiam egrent: ceteri definitum tempus obseruent.

*De eadem re. Caput XXII.*

*S*i quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenerit, separetur ab uxore sua, & a- apud Ver  
liam nunquam accipiat. Similiter & mulier.  
meriam,  
cap. 4.

*De illis qui infantes suos ideo à baptismo suscipiunt,  
ut separantur à coniugibus. Cap. XXIII.*

*D*ictum etiam nobis est, quasdam foeminas desidiosè Ex conci.  
quasdam verò fraudulenter, ut à viris suis separen-, Cabillon.  
tur, proprios filios coram episcopis ad confirmandū tenuiſ- cap. 4.  
se. Vnde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum  
desidia, aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad con  
firmandum propter fallaciam suam, aut propter fraudem,  
quandiu viuat pœnitentiam agat, à viro tamen suo non  
separetur.

*De eadem re. Cap. XXIV.*

*D*e eo quod interrogastis, si ille qui filiolam suam du- Ex cœcil.  
cit uxorem, & de eo qui concubuit cum commatre Moguti.  
sua spirituali, & de illo qui filium suum baptizavit, & cuius in clan-  
uxor eum de fonte suscepit, ea ratione, ut discidium con- stro S. Al  
tingij fieret, si posteà in tali copulatione permanere possent bani habi  
de talibus sic respondendum est. Si filiolam, aut comma- to, præsen  
trem suam spiritalem aliquis in coniugium duxerit, sepa- te Ludo-  
randos eos esse iudicauimus, & graui pœnitentia plecten- uico im-  
dos. Si autem cœiuges legitimi vñus aut ambo ex industria perato.  
fecerint, ut filium suum de fonte suscipiant, ut discidium cap. 10.  
fiat, tale consilium damus. Si innupti manere voluerint,  
bonum, est. Sin autem, grauis pœnitentia insidiatori iniun-  
gatur, & simul maneant, & si superuixerit præuaricator  
coniugi, acerrima pœnitentia multetur, & sine spe con-  
iugij maneat.